

catum punitur. scđm philosophum in. vi. ethicor. Et crisost. dicit
 Omnis iniuria talis est. qualis fuit persona iniuriam patientis.
 In magna eniz persona et si modica fuerit iniuria facta magna est.
 In modica autem persona et si magna iniuria fuerit modica videt̃
 Hec omnia dilectissime mihi cognoscens et corde iugiter recolens
 esto sollicitus de salute tua. et istud eternū et crudele infernale suppli-
 cium respice. considera in temetipso que sunt utilia et salubria anie-
 tue. Quid melius est in presenti seculo p peccatis plangere et peni-
 tens crebrius obsecrare. aut ibi in ignem eternū sine aliqua utilita-
 te deflere. In hoc enim breui tempore per penitenciaz et lacrimas.
 indulgentiam et consolationem mereris. Plange ergo hic modicus
 pdilectissime. ut ne plangas in secula seculorum. Humiliare hic ne
 ibi humiliaris in exterioribus tenebris. et mittaris in ignem inextin-
 guibilem. Beatus ille qui hic positus. festinauerit in die iudicij di-
 gnus inueniri. Miserabilis vero qui peccando indignū se a gloria
 domini constituerit. In illa hora nubes rapiet omnes sanctos sur-
 sum in celum. impios autem diaboli rapiet mittere in caminū ig-
 nis ardentis. Quis dabit capiti meo aquā immensam. et oculis me-
 is fontem lacrimarum iugiter emanantem. ut plorem memetipm
 die ac nocte obsecrans dominū ne indignus inueniar in hora illa
 aduentus eius. Et ne audiam illam sententiā formidandā. Disce
 de a me oparie iniquitatis. nescio te quis sis. Ad a nobis auertat
 iesus dñs noster. qui uiuit et regnat eternaliter Amen.

Explicit speculū seculariū et huius mundi amatoꝝ.

¶ Incipit speculum siue stimulus penitencie. j. ca.
 Am ad ultimū scz ad stimulū penitencie in primo hu-
 ius totalis libri plogo ppositū spū iesu operāte ma-
 nū mittēs. accipio p fundamento et loco thematis il-
 lud qđ scribit Sapiētie. xi. Dissimulas pctā hoim p
 pter penitentiā. ¶ Circa materiā de pnia notanda
 sunt quatuor. scz q̄ quatuor sunt pnie incitāmēta. quatuor pnie im-